C. 23. or. 6.

GEORGII ACACII ENENKELII
BARONIS HOHENECCII,

DE PRIVILEGIIS MILITVM ET MILITIAE,

Libri duo:

ET DE PRIVILEGIIS VETERANORVM,

Liber Vnus.

Cum Indice rerum & verborum.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Num. 45. car. 3.

Num. 6.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

FRANCOFVRTI,
E Collegio Muſarum Paltheniano,
M. DC. VII.

SERENISSIMO PRINCIPI

DOMINO MATTHIAE ARCHIDVCI AVSTRIÆ, &c.

Georgius Acacius Enenkel. B. H.

SALVTEM ET PROSPERITATEM.

INter omnia ſtudia & decora generis humani, per quæ ex paruis obſcuriſque rebus nomen ſibi aut opes facere conſueuere mortales, longe Principem ars militaris & belli gloria locum omnibus ſeculis tenuerunt. Cuius, ne longius abeam, vel ſoli tui, Princeps Sereniſſime & Clementiſſime, maiores inſignia nobis & plurima documenta dederunt. Nam, vt ab conditore domus Auſtriacæ Rudolfo Cæſare ordiar, illum ab

GEORGII ACACII ENENKELII
BARONIS HOHENECCII,

DE PRIVILEGIIS MILITVM ET MILITIÆ,

Liber Primus.

CAPVT I.

Bellorum mala & bona ex culta neglectave diſciplina militari præcipue naſci, & huius maxime cauſſa priuilegia militum introducta oſtẽditur.

EPITOMA.

1 *Bellorum deteſtatio.*
2 *Belli mala.*
3 *Superioribus ætatibus viſa.*
4 *Hodie vero multo maxime.*
5 *Omnia exterorum vitia habemus, virtutes pauciſſimas.*
6 *Diſciplina publica bellis impeditur.*
7 *Impietas, feritas, vitia omnia ex bello inter milites, ab his ad omneis propagantur.*
8 *Horum fructus, vt Reſpub. peſſum eat, & mutationibus obnoxia fiat.*
9 *Arma nunquam perfecte felicia ſunt.*
10 *Incertus bellorum Mars.*
11 *Ob hæc bella quiſq; prudens horret.*
12 *Pax optima rerum.*
13 *Rem militarem non ſpernimus, ſed emendari optamus.*
14 *Militia abſolute conſiderata, mala eſt & fugienda.*
15 *Propter ingenii autem humani peruerſitatem neceſſaria & iuſta, humano & diuino iure permiſſa.*
16 *Militia honore & laudibus digna.*
17 *Cur hoc?*
18 *Militaribus hominibus in omnibus bene conſtitutis Rebuſpublicis honores & præmia præ aliis tribuuntur.*
19 *Belli & militiæ mala vnde naſcantur?*

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, niſi in diſpar feris,

Inter ſingulos homines, q ſibi ipſis morté conſciſcũt, aut vitã caſib. temere exponunt, temerarii, aut inſani, aut conſcelerati habentur: qui vero aliorũ fortunis aut vitæ inſidiantur, vt fures, vt raptores, vt ſicarii latroneſve plectũtur. At ſi plures congregentur, quib. ſingulis & vniuerſis idé in vtramq; parté eſt animus (bellaturo enim aut perire, aut q eſt grauius perdere neceſſe eſt) ſinguli quidé, milites: vniuerſi exercitus appellantur. Quo titulo quidquid geritur, id nõ veniã modo, ſed ſummum decus & gloriã inter homines meretur. Quod ſi, vt homines, vt Chriſtianos facere ęquum eſt, ęſtimare voluerimus, nunquã gloriæ nobis laudive putabimus, q multorũ hominum gemitu interituq; parandum eſt. Quis enim † omneis bel- 2
lorũ clades enumerare, quis tãta ſcelera pro merito increpare, quis tot mala digne deplorare valeat? Inexpertis forſan leuiora credentur: at quibus hæc viſa, quib. experta, hi vero omneis, quos bella iuuant, diris omnibus exſecrãtur. Non hic, quæ ſunt extrema, nec tamen ſi recte iudicare velimus grauiſſima malorum, quæ victis accidere ſolent, commemorabo: rapi virgines, pueros; diuelli liberos a complexu parentum; matresfamiliarum pati quæ victoribus collibuiſſent; fana atq; domos ſpoliari; cædem, incendia fieri; poſtremo armis, cadaueribus, cruore atq; luctu omnia compleri: vt apud Saluſtium *in Catil. coniur.* loquitur Iul. Cæſar. Quod etiam deſcribit, vt iam olim factitatum, Phœnix apud Homerum, *lib. ι. Iliad.*

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Hæc enim non tam apud Hiſtoricos, plenos huiuſmodi narrationum, quam multis paſſim in locis plus quam eſt æquum piumve, cernuntur. Illa magis quæ non ita prorſus in ſenſus & oculos omniũ incurrunt, ſed tanto grauiora tantoq; plus metuẽda, penſare decet. Scilicet occaſione bellorũ tumultuũq; victæ leges, oppreſſi mores & conſuetudines patriæ, euerſa religio, proiecta diſciplina, omnib. vitiis & ſceleribus locum ampliſſimũ patefaciunt. Id quod in † pul- 3
cerrima & ſanctiſſima illa Romanor. Republ. iampridem notauit princeps hiſtorię Rom. cũ *li. 39.* annal. *Luxuriæ*, inquit, *peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico inuecta in vrbẽ eſt. ii primũ lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas & alia textilia, & quæ tum magnificæ ſuppellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt. tunc pſaltriæ ſambucistriæque, & conuiualia ludionũ oblectamenta addita epulis: epulæ quoq; ipſæ*

Publice vtile eſt, abſentes, a quibuſcunq; defendi,2.2.1.
in Puluere ſcriptum a milite teſtamẽtum, valet,2.16.48.
Pupilli priuilegio cedit militare, n.2.4.17.

Q.

Q*Væ non proſunt ſingula, multa iuuant,2.2.13.*
Quod quis per ſuos agit, per ſe agere videtur,2.9.18.

R.

R*Atio priuilegiorum militarium certior reddi nequit, quã voluntas principis,1.9.21.*
an vbi ratio eadem, ibi ius idem, n.1.9.19.
Realiter ob debitum ciuile miles citari non debet,2.19.5.
Rei forum actor ſequitur,2.5.11.
Rei capitalis criminis militare prohibentur,1.4.3.
Relegati militare prohibentur, ibid.
Relinquere poſſunt milites teſtamento, quibus volunt,2.16.40.
cui tacite Renunciare poſſum, ei expreſſe,2.1.18.
Renuntiare non poſſum iuri, quod non eſt tantum meum, num.2.5.19.& 2.8.15.
Renuntiare nõ dicitur, qui eſſe omnino deſinit,2.2.25.
Renuntiare, an poſſit priuilegio ſuo miles, vide num.1.11.5 & ſequentibus, & 2.1.22.& nu.2.2.20.& ſeqq.& .2.4.19.& 2.5.19.& 2.8.15.& 2.9.24.& 2.14.9.& 2.15.6.& num.2.cap.16.115.& n.2.19.10.n.2.20.3.& 2.22.3.& 2.26.4.& 2.27.5.
fori priuilegio an Renuntiari poſſit,2.5.19.
Renuntiari nequit ſolemnitatibus & formulis iuris, nec legibus prohibitiuis,1.11.6.
non creditur Renuntiare voluiſſe iuri ſpeciali, qui voluit iure communi vti,2.1.19.& 2.16.46.116.
Renuntiatio an vnico actu perpetretur,2.8.16.
Res exercitui paratæ, præſtationi vectigalium non ſubijciuntur,2.34. per tot.
Respublicæ præmio & pœna continentur,2.31.1. pro culta neglectaq; diſciplina bellica fortunam habent,1.1.21.& ſeqq.
Reſtitutionis beneficium, quibus detur,2.4.1.
vbi domicilium Reus habet, vel tempore contractus habuit, ibi conuenitur,2.5.1.
hodie in locum vrbis Romæ ſucceſſit orbis Romanus: & Roma Italiæ oppidũ, pars eſt, non caput Imperij Romani,2.4.10.
in Romanam Remp. illata bellorũ occaſione mala,1.1.3.
Romani milites an olim ſine coniugibus in caſtris egerint,2.14.8.
Romanum Imperium ſtetit creuitq; diſciplina militari,1.1.26.
Ruſtica opera militibus interdicta,2.6.2.2.

EEE